

.clesia in cap. Baptizandos, de Consecra. dist.  
 4. Et Sanctus Thomas. ita docet. 22. q. 2.  
 ar. 8. & Thomista; ibidem dicunt, q̄ quilibet  
 Christianus tenetur sub peccato mortali sci  
 re articulos fidei, qui publicè sollemni  
 zatur ab Ecclesia, ut est Incarnatio, Natiuitas,  
 Mors. Resurrectio, & Ascensio Domini. Et  
 Caetero verbo Ignorantia. Et hoc idem requi  
 ritur ad recipiendum quodcūq; Sacramen  
 tum, quia est preceptum, q̄ fidelis sciat ista  
 mysteria fidei. Unde debet Parochus scire  
 effectū huius Sacramēti Baptismi, ut doceat  
 Baptizandos adultos de hoc, quia ad eius of  
 ficiū pertinet Baptizare, & docere Bapti  
 zandos de his, quæ sunt necessaria sciri, ad  
 eius debitam receptionem. Ratio enim natu  
 ralis dicit, q̄ Minister consecratus medi  
 cus animarum sciat effectum medicinarū,  
 quas infirmo applicat. Si tamen Adultus  
 esset morti proximus, habita tunc periculi  
 ratione, instruat, & Baptizetur. Sic factū  
 fuit die tertia Octobris in Vigilia Seraphici  
 Patris nostri Francisci, anni præteriti. 1598.  
 cum quodam Indo del Nueuo Mexico, ex  
 oppido Sanctæ Claræ, qui cum præparan  
 dis cibis ligna ex propinquo monte aspor  
 taret,